Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Non hoc nostre gloriae tribuamus tamquam hoc ex nob
ipsis habeamus eius est enim haec gratia & ideo in hoc non
nrae sed eius est gloria ut efficiamur xpi discipuli quia
eius misericordia preuenit nos quod autem ait sicut di
lexit me pater & ego dilexi uos non aequalitatem naturae
ostendit nostre & suae sicut est patris & ipsius sed gram
qua mediator est di & hominum homo xps ihs. quid est
ergo manete in dilectione mea nisi manete in gratia mea.
Quid est quod dicit sicut dilexit me pater & ego dilexi uos.
numquid & hic gratia intellegenda est. qu a pater diligit
filium sicut gratia est quam nos diligit filius cum simus nos
filii gratia non natura. unigenitus autem natura n gratia
an hoc & iam in ipso filio ad hominem referendum est ita
sane nam dicendo sicut dilexit me pater & ego dilexi uos
gratiam mediatoris ostendit. mediator autem di & homi
num non in quantum di est sed in quantum homo est xps
ihs di enim erat uerbum unigenitus gignenti coaeternus
sed ut mediator daretur nobis per ineffabilem gratiam
uerbum caro factum est & habitauit in nobis;
haec lo quutus sum uobis ut gaudium meum in uobis
sit. & reliqua; Quod est gaudium xpi in nobis nisi quod
dignatur gaudere de nob; & quod est gaudium nrum quod
dicit implendum nisi ut habere consortium diligamus
ergo inuicem sicut & dilexit nos & tradidit se m & ipsum
pro nobis; Maiorem quippe hac dilectionem nemo habet
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. eum quippe
imitemur pia oboedientia ut eius nos comparare nulla pre
sumamus audacia: uos inquit amici mei estis magna dig
natio seruiesse non meremur amici uocamur. iam non
dicamus uos seruos quia seruus nescit quid faciat dns eius;
Quoniam itaque dedit nobis potestatem filios di fieri non
seru sed filii sumus. qui autem aliquit boni agit & extol
litur quasi hoc ipse faciat non dns eius. iste seruus nescit
quid facit dns eius. Nos autem carissimi ut amici dni esse
possimus quicquid noster dns faciat sciamus non solum
& iam homines uerum & iam iustos ipse facit nos & non
ipsi nos. ab ipso quicquid bonie est donatur. ut omnino de
omnibus bonis qui gloriatur in dno glorietur;